

mo aliquo, redegisse naturam, ut occulte permaneat. Cum enim non exiguum generandæ rei locus conducatur, is principiorum metallicorum concursioni magis idoneus haud inuenitur, quam ima terræ penetralia, ut ne utiquam ea, tacito præiudicio, in metallorum despectum adiudicari debeant: quando quidem per plura sunt alia, quæ pari pacto abscondita, resistunt potius venenis, quam eorundem tristes reliquias, si adhibeantur, in corpus deponant: id quod vel soli preciosi lapilli, terrarumque variarum pinguedines, cordialium medicaminum ordini adscribi solitæ, liquidè edifferunt. Quid quod è terræ superficie enascuntur complura, quibus vno consensu omnium vis quædam fatalis inest humano corpori? quæ tamen nec à natura sunt abscondita, nec ab hominibus neglecta. Hippocrates capitis dolore exanimatis, thapsiæ succum propinat: eundem veratro & elaterio permixtum peripneumonicis. His autem remedijs, quæ ferendi auxiliij gratia traduntur quidem, non minora tamen cæteris venenis pericula adferunt, prouiden-

*Multa, quæ profert terra, noxia medicamenta, non respuit Medicus.*

*3. de Morbis.*

D 4 den-